

scilicet fortitudo corporum et prudentia animorum. Cum ergo Ytalia sit in medio inter aquilonem et meridiem, — aquilonares sunt robore fortissimi et inbeciles^{f)} prudentia, meridionales sunt prudentes sapientia et corpore habetes — Ytalia in medio situata participat de utriusque extremitatis proprietate, quia secundum philosophum^{g)} medium sapit naturam suorum extremorum, sicut de coloribus mediis patet; erunt ergo Ytalici participantes et prudentiam^{g)} et fortitudinem, que sunt duo summe necessaria ad imperii gubernationem; et ista fuit ratio, quare imperium Romanorum fuit maius ceteris imperiis. Ex his concluditur, quod Karulus magnus convenienter cuncta disposuit transferens imperium de Germanis ad Ytalicos...³⁾.

cap. 203 De Lodovico pio quod donavit ecclesie Constantini donationes^{a)}.

Anno domini VIII. cXVI ... Lodovicus pius Karuli magni primogenitus per papam in Roma cum pede coronatur¹⁾, qui, ut habetur in decretis di. lxiii.²⁾, donationem Constantini magni factam ecclesie confirmavit: 'Ego Lodovicus Romanorum imperator ... Thuscie partibus.' Et dicit Iohannes doctor³⁾, quod Karulus magnus fecit Lodovicum primogenitum suum deposito Pipino proditore Ytalie regem et imperium ei contulit, quem voluit esse subiectum ecclesie, quia regnum Ytalie est spetiale feudum ecclesie, ut habetur in decretis di. lxiii.^{b)} *Tibi domino*⁴⁾. Petrus^{c)}⁵⁾: Quia iste successor Karuli magni renuntiavit donationi, quam fecerat papa Adrianus patri suo, imperium de cetero ab ecclesia tenetur in feudum^{e)} ...⁶⁾.

cap. 235 Auctoritas electorum imperii descendit a papa.

Quoniam de electoribus imperii hic agitur, restat discutiendum^{a)}, unde electores habeant auctoritatem eligendi imperatorem. Ubi est sciendum quod imperium primo^{b)} ivit per successionem, quia Octavianus Cesaris nepos ex sorore successit Cesari in imperio ...¹⁾. Deinde²⁾ imperium ivit per electionem, ita quod aliquando elligebatur a populo aliquando a tumultu militari interdum a senatu aliquando de genere aliquando non usque ad Constantinum magnum. Hic patri successit in imperio, cui filii eius successerunt usque ad tempora Michaelis imperatoris constantinopolitani, qui fuit temporibus Karuli magni²⁾. Postea in genere Karuli^{c)} ibant per electionem^{d)} et in genere Ottonum postea

f) a add. W g) prudentia B

²⁾ Vgl. Thomas von Aquin, In XII libros Metaphys. Aristotelis exp., lib. 10, lect. 9. ³⁾ In W folgt hier u. a. die Krönung Ludwigs d. Fr.

cap. 203 a) Qualiter Lodovicus pius confirmavit donationem factam ecclesie per Constantinum W b) lxiii BW c) Petrus — feudum om. W ¹⁾ S. o. cap. 108 Anm. 11. ²⁾ D. 63 c. 30. ³⁾ Im selben Zusammenhang wird Joh. doctor CM cap. 618 f. 171r (C e r u t i S. 560) zitiert; ferner GA cap. 228 f. 59v. Vielleicht ist die Glosse des Joh. Tentonicus oder eines anderen gemeint. ⁴⁾ D. 63 c. 33. ⁵⁾ Vgl. Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 118, 20 ff.; wenn diese Stelle gemeint ist, ist sie von Galv. sinnentstellend wiedergegeben. ⁶⁾ Es folgen die Auseinandersetzungen Ludwigs d. Fr. mit seinen Söhnen.

cap. 235 a) ad discutiendum B b) om. B c) magni add. W d) successionem BW; cf. GA cap. 190

¹⁾ Aufzählung der Kaiser bis Nero wie in cap. 104. ²⁾ Deinde — magni vgl. Tholomeus von Lucca, DC 24, 27—25, 2.